



1178.

25
A

1664, 12

21

D. G. I. V

Superiorum indultu,

DE

EXCEPTIONE,

Præses

BARTHOLOMEUS LEONHARDUS Svendendörffer,

J. D. & P. P.

Respondens

JOHANN CHRISTOPH Lehmann/

Ileburg. Autor.

publicè disputabunt

Ad diem 14. Januarii 1664.

H. L. Q. C.

LIPSIAE,

Typis BAUERIANIS.

D D D
A S A



V I R I S

*Magnifica auctoritate, Nobilitatis splendore, officiorum
dignitate, summaq; prudentia laude ma-
xime Conspicuis.*

DN.

PAULO WAG-
NERN JCTO, Dicaste-
rii Provincialis supremi, Fa-
cultatis Jurid. & Scab. Lips. Af-
fessori, Reip. Lips. Con-
suli vigilantis-
simo.


DN.

CHRISTOPH.
PINCARTEN JCTO,
Supremi Appellationis judicii,
Scab. Elect. Affessori & Rei-
publ. Lips. Consuli
Seniori,

Dn. JOHANN Seideln Oper. publ.
annonæ Curatori & Senatus Lipsien-
sis Ædili.

*Dominis & Patronis meis obsequiose
devenerandis.*

D D D
A & R.



Nemo, nisi qui juris Processusque judi-
 ciiarii plane est ignarus, ignorat, judici-
 um tribui constitui personis principali-
 bus, *judice, Actore & Reo. l. 13. §. 2. C. de ju-
 dic. cap. 10. X. de V. S.* veluti autem speciali-
 ter ad judicem pertinet causæ controver-
 sæ decisio *pr. Inst. de offic. judic. l. 8. l. 17. C. de judiciis*, ita
 Actori competit actionis propositio *l. 13. ff. de judic. l. 2. §. 1.
 ff. communi dividund*, Reo autem attribuitur exceptionis
 allegatio *pr. §. 1. 2. Inst. de Except.* Quæ singula licet sint
 ita comparata ut latiore mereantur illustrationem.
 Placet tamen hac vice Exceptionis tantum assumere tra-
 ctationem; præsertim cum & dignitas & utilitas hujus
 materiæ, præ aliis juris articulis, maxime commendetur
Zang, de Except. part. 1. in proem. n. 1. sit itaque,

THE S. I.

Exceptio dicitur ab excipiendo.

Exθ. I. Et quidem quatenus verbum *Excipere* idem
 significat ac eximere & separare *l. 4. §. 6. ff. de penu legata.*
 Sicuti enim casus specialis, in quo regula & jus non appli-
 catur, dicitur excipi *N. 7. c. 2. in pr.* ita & ab intentione a-
 ctotis causa de qua agitur, per exceptionem eximitur *pr.
 Inst. de Except. Wesenb. in parat. Dig. de Except. n. 2. Ludvv.
 Disp. ad Instit. 17. Th. I. lit. b.* Hinc in actionum formulis
 adjiciebantur verba, *si non, nisi* hoc modo, *si apparet Titium
 centum debere, si non pactus est, condemnna l. 11. §. 2. ff. de
 pign.*

*pign. l. 2. §. 1. ff. de doli mali except. Vinn. ad rubr. Instit. de
except. eoque respectu exceptio dicitur conditio l. 22. ff. de
Except. Bachov. ad pr. Inst. d. t. n. 1.*

*Exθ. 2. Ne autem ab hac derivatione dissentien-
di derur occasio per l. 2. pr. ff. de Except. dicendum, vel tra-
di ibi non tam nominalem quam potius definitionem re-
alem Treutl. vol. 2. Disp. 26. Th. 1. lit. a. vel Ulpianum non,
respexisse ad vocem quàm ad vim potius & exceptionis
effectum Schneidvv. ad tit. Inst. de Except. n. 2.*

THES. II.

Exceptionis nomen variis actibus attribuitur.

*Exθ. 1. Non tantum in jure nostro, sed & extra juris
usum: Et hoc modo sumitur præprimis pro receptione,
pro attentione, pro dictatorum annotatione, pro lesione, pro
interceptione, & pro nominata cautione: Quæ significa-
tiones semel atque iterum apud Ciceronem, aliosq; pro-
bata latinis autores occurrunt.*

*Exθ. 2. In jure nostro etiam diversa exceptionis de-
prehenditur acceptio: usurpatur enim. 1. pro exemptio-
ne & separatione l. 10. §. 1. ff. de in jus vocando l. 17. §. 6. l. 39. ff.
de act. emt. l. 69. pr. ff. de eviction. l. 12. §. 43. de Instr. legat. l.
16. §. 2. ff. de usufr. l. 4. §. 6. ff. de pen. legat. l. 7. C. de Vectigal.
Nov. 7. c. 2. 2. pro actionis competentia l. 36. §. 1. ff. de judic.
l. 13. ff. de noxal. action. 3. pro prescriptione l. 45. ff. de usur-
pat. & usucap. l. fin. C. quibus non obicitur long. temp. præ-
script. 4. pro quavis defensione & omni remedio impu-
gnandi alterius intentionem §. 3. Inst. de Repl. l. 2. §. 1. l. 22.
§. 1. ff. de Except. & 5. pro actionis remedio exclusorio pr.
§. 1. 2. Inst. de Except. l. 2. l. 22. ff. eodem.*

*Exθ. 3. Posteriori modo accepta Exceptio appel-
latur jus exceptionis pr. Inst. de Repl. exceptionis præsi-
dium*

dium l.29. pr. C. de jure dot. auxilium l.3. Cod. de bonis aut
 judic. possid. cap. 10. X. de except. defensio l.56. de condict. in-
 debit. beneficium c.5. X. b. t. Contradictio l.8. §.13. ff. de in-
 offic. testam. Præscriptio l.11.23. ff. de Except. l.29. pr. ff. de Ex-
 cept. rei jud. l.91. ff. de Solut. l.3. C. de hered. petit. l.1. C. Quibus
 res judicata non nocet l.8.12.13. C. de Except. item Defensio
 l.52. pr. ff. de judic. l.5. ff. de Except. l.1. C. de jur. Et fact. igno-
 rant. l.4.9.11. C. de Except. c.5. X. eod. defensionis allegatio l.
 un. C. de satisdand. Definiri poterit.

THES. III.

Exceptio est jus impugnandi actionem com-
 petens reo ad liberandum & Actorem excluden-
 dum.

Exθ. I. Genus hujus descriptionis est jus, quod ex-
 ceptioni in pr. Inst. de replic. l.73. pr. ff. de contrahend. emt. &
 accurâtoribus attribuitur. Dn. Struve in Syntag. jurisprud.
 exercit 46. Th. 3. Dn. Strauch Disp. ad Pandect. 23. Th. 7. Per
 jus autem h. l. sequestratis aliis significationibus, de qui-
 bus in l.11. de just. Et jur. intelligitur juris remedium, quo
 quis id quod sibi competit, consequitur Ludvv. ad pr. Inst.
 de Except. n. 4.

Exθ. 2. Differentia sumitur, tum à forma tum ab
 objecto, tum à subjecto, tum à fine.

Exθ. 3. Forma Exceptionis est impugnatio §.1. Inst.
 de Except. l.2. pr. ff. eod. qua in re differt ab actione, cujus
 forma constitit in persecutione pr. Inst. de act. pr. Inst. de Ex-
 cept. Bachov. ad Treutl. vol. 2. Disp. 26. Th. 1. lit. a.

Exθ. 4. Objectum est actio s. actoris intentio pr. §.
 1.2.3.4.5. Inst. de Except. l.2. pr. ff. eod. l.9. C. eod. & sic differt à
 Replicatione, quæ excludit exceptionem l.2. §.1.2. l.22. §.1.
 ff. d. t. pr. Inst. de replic.

A 3

Exθ.

Exb. 5. *Subiectum* est reus, contra quem actio instituitur *pr. Inst. de Except. l. 1. 19. ff. eod. l. 10. 11. C. eod.* conuenit quidem cum duplicatione *l. 2. §. 3. ff. d. t. §. 1. Inst. de replic.* Distinguitur autem à Replicatione & triplicatione quæ competit actori *pr. §. 1. Inst. d. t. l. 2. §. 3. ff. de Except. l. 10. C. eod.*

Exb. 6. *Finis* est actoris exclusio & rei liberatio *pr. §. 9. 10. Inst. de Except. l. 2. pr. ff. eod. l. 34. §. 1. ff. de O & A.* Unde iterum patet differentiã à Replicatione quæ tendit ad Rei exclusionem *l. 2. §. 2 ff. d. tit.*

THES. IV.

Exceptio variè dividitur.

Exb. 1. *Ratione causæ efficientis remota* exceptio alia est *civilis*, alia *Prætoria* *§. 7. Inst. de Except.* Civilis dicitur, quæ ex iure civili originem habet. Prætoria est quæ ex iure prætorio substantiam capit, *d. §. 7. Inst. de Except.*

Exb. 2. *Ratione formæ* Exceptio est, vel *directa* vel *utilis* *l. 21. ff. de præscript. verbis*, Directa est quæ ex ipsis verbis legis expressis, utilis quæ ex sententia & interpretatione competit *l. 16. ff. de Except.*

Exb. 3. *Ratione subjecti* Exceptio est, vel *personalis* vel *realis*. Personalis est quæ certæ personæ ejusque intuitu competit & ad alios non transit *l. 25. ff. de re iudic. l. 7. pr. ff. de Except. §. fin. Inst. de Replic.* Realis est quæ ipsi rei coheret & ad alios transit *l. 76. §. 1. ff. de contrab. emt. l. 7. §. 1. ff. de Except. Wesenb. in parat. Dig. de Except. num. 7. ibique Bach, lit. m.*

Exb. 4. *Ratione finis & effectus* Exceptio est vel *dilatoria* vel *Peremptoria* *§. 8. Inst. de Except. l. 2. §. fin. l. 3. pr. ff. eod.*

Exb. 5. Exceptio dilatoria quæ & temporalis dicitur *§. 8. 10. Inst. de Except. l. 3. pr. ff. eod.* est, quæ ad tempus
actio.

actionis effectum differt & suspendit §.10. *Inst. d. tit. l. 2. §. 4. ff. eod.* Estque vel *dilatoria iudicii*, vel *dilatoria solutionis*. Dilatoria iudicii est, quæ concernit Processum iudiciariū, ejusque exercitium differt: & respicit vel iudicem *l. 16. C. de iudic. l. fin. C. de Except.* vel personas litigantes, tam principales quàm accessorias, unde & Exceptio procuratoria dicitur, §. *fin. Inst. de Except. l. 3. in fin. ff. eod.* de quibus latè agit Zang. *tract. de Except. p. 2. c. 1. & seqq.* Dilatoria solutionis dicitur, quæ concernit ipsam causam & actionis effectum directò suspendit §.10. *Inst. de Except.* cujus species tradit & explicat Dn. Strauch. *Diss. ad Pandect. 23. Th. 8.*

Exθ. 6. Exceptio peremptoria quæ & perpetua appellatur §.8.9. *Inst. de Except. l. 3. pr. ff. eod.* est, quæ totam actionem tollit §.9. *Inst. d. t. l. 3. §. 1. ff. eod.* & hæc ratione, *causa efficientis* est vel *nominata* vel *innominata*. Nominata est, quæ certum & speciale nomen ex negotio & causa habet, unde oritur, Innominata est, quæ certum nomē non habet, diciturque exceptio in factum §.1. *Inst. de Except. l. 14. l. 23. ff. eod. l. 2. §. 4. ff. de doti mali except.* Vult. *ad tit. Inst. de Except. n. 15.* 2. Ratione *causæ impulsivæ* est vel *odiosa* vel *favorabilis* *l. 40. pr. ff. de condict. indeb.* Favorabilis dicitur, quæ propter favorem rei competit: Odiosa est, quæ propter odium agentis datur *d. l. 40. pr. ff. de condict. indeb.* Meier in *Colleg. Arg. h. t. Th. 4. n. 2.* 3. Ratione *effectus* est, vel *peremptoria in specie*, vel *privilegiata* s. *litis finite*: Hæc dicitur, quæ impedit litis ingressum & ante litis contestationem parit actionis exclusionem *c. 1. de litis contestatione in 6to.* Illa est quæ litis contestationem non impedit, & post litem contestatam demum opposita excludit actionem *c. 1. 2. d. t.* 4. Ratione *adjuncti* est vel *executionis impeditiva*, vel *simplex*! Hæc dicitur, quæ ante sententiam opposita valet *l. 2. C. sententiam rescindi non posse*

posse l. 8. C. de Except. Illa est quæ etiam post sententiam in executione opponi potest l. 11. ff. de Scro Maced. Additur & ab aliis alia exceptionis divisio, quod sit vel *juris*, vel *facti* s. *intentionis*: Hanc appellant quæ opponitur ei, qui sine actione intendit, illam dicunt quæ excludit actionem jure subsistentem, eam tamen alii accuratiores rejiciunt & recte, tum quod exceptio requirat actionem ipso jure præexistentem pr. §. 1. & seqq. Inst. de exceptionibus, tum quod nulla exceptio sit necessaria ubi nulla est actio l. 9. C. d. t. tum quod aliud sit ipso jure aliud per exceptionem liberari l. 34. §. 1. ff. de O & A. l. 38. §. 1. ff. de solut. Ludvv. disp. ad Inst. 17. Th. 1. lit. e. Dn. Hahn. ad Wesf. tit. de except. n. 2. & 7.

THES. V.

Causa efficiens est vel Remota vel Propinqua.

Ex. 1. *Causa efficiens remota* est jus tum Gentium arg. pr. Inst. de except. l. 5. ff. eod. Tr. vol. 2. Disp. 26. Th. 1. lit. a. ibique Bachov. tum civile, tam in specie dictum ut Lex §. 7. Inst. de Except. l. 3. eod. constitutio §. 2 10. d. t. §. 4. Inst. de fidejuss. pr. Inst. de liter. oblig. Senatus consultum l. 28. §. 1. ff. de judic. l. 1. §. 8. ff. quando de pecul. l. 40. pr. ff. de Condi& in deb. l. 3. ff. de except. Plebiscitum l. 12. l. 80. §. 1. in fin. ff. ad legem Falcidiam, quam Prætorium §. 7. Instit. d. t. ibique Vinnius.

Ex. 2. *Causa propinqua* est jus s. facultas ex jure seu lege competens tam in re quàm ad rem, utrumque enim sufficiens est ad producendum Exceptionem: Unde ad illud spectat exceptio domini l. 16. 17. ff. de Publ. in rem actione l. 57. ff. mandat. Exceptio pignoris l. unic. C. etiam ob Chirograph. Exceptio servitutis, hereditatis
arg.

arg. l. 1. §. 4. de superfic. l. 156. §. 1. ff. de R. J. c. 71. de R. J. in 6. & Ex-
ceptio possessionis l. 1. §. 4. ff. uti possidetis, juri ad rem af-
scribuntur cæteræ omnes Exceptiones, quæ vel ex con-
ventione §. 3. Inst. de Except. vel ex delicto §. 1. Inst. d. t. vel
aliis innumerabilibus causis competunt §. 6. Inst. d. t. l. 20. ff.
eod. l. 10. C. eod.

1182.

THES. VI.

Materia Exceptionis est vel Objectiva vel
Subjectiva.

Exb. 1. *Materia Objectiva* s. *objectum* non est ju-
dicium, uti quidem, licet sine sufficiente ratione statuit
Ummius *Disp. ad Process. 8. Th. 1. n. 4.* Sed potius actio *pr. §.*
1. & seqq. Inst. de Except. l. 2. pr. §. 4. ff. d. t. Actio autem h. l.
non utique specialiter accipitur sed omnino generaliter.
Pro quavis petitione & persecutione *pr. Inst. de Excep. l. 78.*
§. 2. 3. ff. de V. S. Unde huc pertinet actio privata & publica
s. accusatio *l. 5. 28. C. ad L. Jul. de adult. l. 12. C. ad L. Corn. de*
falsis l. 2. C. de generali abolitione l. 4. C. ad Sctum Turpill. junct.
l. 15. §. 3. ff. eod. Civilis & criminalis, ordinaria & summa-
ria *cl. m. sape de V. S. petitoria l. 16. 17. 18. ff. de Except. & posses-*
soria s. interdictum l. 3. §. 1. ff. jurej. c. 5. d. X. de restitutione spol.
Realis, personalis §. 4. 5. *Inst. de Except. ac præjudicialis l. 12.*
ff. d. t. in summa omnis implorantis intentio l. 9. ff. d. l. l. 9.
Cod. eod. l. 9. C. de O & A.

Exb. 2. *Materia subjectiva* s. *subjectum* est reus §. 1.
Inst. de except. l. 9. §. 1. ff. de jurejur. l. 1. l. 19. ff. de Except. l. 10. 11.
C. eod. Dicitur autem reus h. l. non tantum debitor sed
omnis cum quo agitur *pr. Inst. de Except. sive sit reus prin-*
cipalis s. fidejussor §. fin. Inst. de replic. l. 7. pr. l. 19. ff. de Ex-
cept. l. 11. C. eod. l. 1. §. 8. ff. Quarum rerum actio non datur l. 15.
ff. de fidejuss. sive successor tam singularis l. 14. §. 1. ff. comm.
B divid.

*divid. l. 76. §. 1. ff. de contrahend. emt. l. 9. §. 2. ff. de Except. rei
judic. l. 28. C. de Evict. quam universalis l. 8. C. de non num. pe-
cun. l. 37. ff. de acquirend. hered. l. 59. ff. de R. 7. Zael. in comment.
Dig. de Except. n. 20. & omnis qui non inspecie prohibetur
arg. l. 43. §. 1. ff. de Proc. l. 43. pr. ff. de R. 7. Meier in Colleg. Arg.
de Except. Tb. 7. n. 6.*

*Exb. 3. Sicuti autem actio potest per Procurato-
rem institui pr. Inst. de iis per quos agere: ita & Exceptionis
exercitium poterit alteri demandari §. 1. d. t. pr. §. 1. 2. 3. 5.
Inst. de satisd. l. 69. ff. de Procurat.*

THES. VII.

*Forma Exceptionis est vel interna vel ex-
terna.*

*Exb. 1. Forma Exceptionis interna consistit non in
actionis exclusione, uti quidem communis fert opinio
sed potius in ejusdem impugnatione §. 1. inst. de Except. l. 2.
pr. ff. eodem. Exclusio enim non omni inest Exceptioni
pr. Inst. de Repl. & cum respiciat rei intentionem rectius
refertur ad finem & effectum exceptionis l. 2. pr. ff. de Ex-
cept. Ludvv. ad pr. Inst. d. t. n. 4.*

*Exb. 2. Forma Exceptionis externa dependet tum
ab allegatione quæ quoad dilatoriam regulariter debet
fieri ante litem contestatam l. 12. 13. C. de Except. cap. 4. eod.
Zang. p. 2. c. 22. quoad peremptoriam in litis contestatione
arg. l. 8. C. de Except. c. 1. 2. de litis contest. in 6. tum à probatio-
ne l. 9. 19. ff. de probat. l. 1. ff. de Except. l. 9. C. eod. tum à iudicis
pronunciatione Umm. Disput. ad Process. 8. Tb. 10. n. 65.*

*Exb. 3. Ad formam denique spectant propria &
affectiones Exceptionis quales sunt intentionis actoris
negatio l. 9. ff. de Except. c. 6. §. adhec. X. eod. c. 63. de R. 7. in 6.
Fach. l. 11. controu. c. 6. perpetuitas l. 5. §. fin. ff. de Except. dot.
mal.*

mal. l. 8. C. de non numerata pecunia l. 5. 6. C. de Except. Meier
in Colleg. Arg. l. 44. tit. 1. Tb. 11. n. 2. Dn. Strauch dissert. ad Pand.
23. Tb. 16. transmissio in successores tam activè quàm pas-
sivè l. 6. l. 7. §. 1. ff. de Except. l. 8. C. de non num. pec. l. 28. C. de
Evict. c. 20. de R. 7. in 6. Tr. vol. 2. Disp. 26. Tb. 7. lit. a. ibique
Bachov.

1183.

THES. IIX.

Finis Exceptionis est vel Generalis vel Spe-
cialis.

Exd. 1. *Finis Generalis* est rei defensio pr. Inst. de
Except. l. 11. C. eod. Umm. Disp. ad Process. 8. Tb. 11. n. 68. & sic
justitiæ æquitatis que conservatio §. 1. 2. 3. 4. Inst. de Exc. l. 3.
C. de bon. aut. jud. poss. Wes. in Parat. ff. de Except. n. 11.

Exd. 2. *Finis specialis*, qui cum effectu coincidit,
est duplex alius *privativus* alius *positivus*, ille est inten-
tionis exclusio l. 28. 45. §. 1. ff. de Proc. l. 2. pr. §. 2. ff. de Except. c.
8. X. eod. l. 12. ff. de dol. mal. Except. l. 112. ff. de R. 7. l. 9. C. de trans-
act. l. 9. C. de Oblig. & Act. c. 5. X. de restit. spoliat. Dn. Struv.
in Syntagm. Jurisprudencia Exerc. 46. Tb. 14. Positivus est
rei liberatio l. 39. §. 3. ff. de noxal. act. l. 22. pr. ff. de Except. l. 38.
§. 1. ff. de solut. l. 9. C. de O & A. l. 3. C. de non num. pec. Bach. ad
Tr. vol. 2. Disp. 26. Tb. 7. lit. a. uterque autem non peremptoriis
tantum ceu putat. Zang. de Except. p. 1. c. 3. n. 21. sed & dila-
toriiis poterit accommodari exceptionibus l. 1. pr. §. 2. ff. de
Exc. Ludvv. ad pr. Inst. de except. n. 4.

THES. XI.

Exceptio tollitur vel ipso jure vel Replica-
tione.

Exd. I. *Ipso jure* tolli dicitur Exceptio constitutione
Juris, sine judicis sententia & partis adversæ oppositione
fitq; vel *immediatè* vel *mediatè*. Exd.

588.
Exb. 2. *Immediatè & sine facto litigantium Exceptio tollitur vel lege seu statuto exceptionem excludente. Cardinal Tusch. pract. conclus. tom. 2. lit. E. conclusione 381. vel De cursu temporis Exceptioni prasinit l. 8. l. 14. pr. C. De non n. pec. Wes. in parat. Dig. de Except. n. 12.*

Exb. 3. *Mediatè & facto interveniente Exceptio excluditur vel mendacio s. fin. Inst. De fideic. hered. l. 22. §. 1. ff. de re judic. Nov. 8. c. 8. 10. vel judicis corruptione Gothofr. ad l. 1. C. De pœna jud. qui male. lit. m. vel exceptionis renunciatio-
ne tam expressâ l. 4. §. 4. ff. si quis caut. in jud. sist. l. 57. §. 1. ff. de Procur. l. 32. §. 4. ff. ad Sctum Vellej. quam tacitâ l. 22 pr. ff. de judic. Zang. De Except. p. 2. c. 7. n. 10.*

Exb. 4. *Replicatione tandem mediante judicis sententia tollitur exceptio pr. Inst. de Replic. l. 27. §. 2. ff. de pact. l. 2. §. 1. 2. ff. de Except. l. 10. Cod. eod. hinc dicitur Exceptionis exceptio l. 2. §. 1. ff. d. 1. Meier, in colleg. Arg. de Except. Tb. 18.*

T A N T U M.




ULB Halle
005 803 330

3



Kitt







B.I.G.

Farbkarte #13

ram,
abes.
ts,
um,
Voves
ES,
ngs
ren;
Her.
seinen
Freund
did.
nt
et.
mine
olai;

1178.

1664, 12

21

259

3,

D. G. I. V
Superiorum indultu,
DE

EXCEPTIONE,

Præses

BARTHOLOMEUS LEONHARDUS Svendendorffer,

J. D. & P. P.

Respondens

JOHANN CHRISTOPH Lehmann/

Heburg. Autor.

publicè disputabunt

Ad diem 14. Januarii 1664.

H. L. Q. C.

LIPSIAE,

Typis BAUERIANIS.

D
R

